UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Evsebia Marchianensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

Visual Library

corum S. Petri Eccleſia, quam Balduinus cognomento Inſulanus Flandriæ Comes anno 1066. fundauit. Coliturq́ non ſolùm Inſulis ſed etiam Seclinij. Plura vide apud Ioannem Cognatum in Hiſtoria Tornacenſi, & Molanum in natalibus hac die. Fuit & Eubertus quidam Canonicus apud Bellocaſſios magnâ ſanctitatis opinione, nam quotannis octiduanæ feriæ inſtitutæ ſunt, à Kal. ſcilicet Februarij vſque in ſeptimum ante idus diem cuiuſque tabulam magno cum accolarum confluxu ſupplicationibus durantibus conſueuit clerus totam geſtare per vrbem, ait Hard. qui & eum inter Sanctos Flandriæ recenſet.

EVSEBIA MARCHIANENSIS.

MAter illi fuit S. Rictrudis Abbatiſſa & fundatrix Marchianenſis. Succeſſit proauiæ ſuæ in regimine monaſterij Hamaticenſis D. Gertrudi vbi & obijt, terræ mandata à S. Amato Epiſcopo Senonenſi, quem eo in loco S. Maurontus Euſebiæ frater, exulantem fouebat. Quieſcit Marchianis in feretro argenteo admodum pretioſo. Hamaticum porrò olim virginum cœnobium, ad Scarpum flumem ſecundo lapide à Duaco, nunc eſt Prioratus Monachorum Benedictinorum Abbatiæ Marchianenſis. 16. Mar.

EMILION EPISCOPVS MARTYR

Tornaci.

ALio etiam nomine vocatur Ennion & XXV. ponitur à Gazæo in hiſtoria Eccleſiaſtica Tornacenſis Epiſcopus electus circa annum Domini 850. Flodoardus eum vocat Immonem, & interfuiſſe dicitur ab eo Synodo